



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

In Capvt XVII. Qvæstiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

stiani, quasi in media pace Deo suo adhæreant, & mente munda immobiles persistant, in ipsos carceres, & rogos pacem illam secum ferunt.

Pax ergo est in Christi obsequio, fide & caritate, perseverantia, sine quibus quæcumque pax fingitur, bellum est.

C A P V T XVII.

**H**ÆC locutus est IESVS: & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: 2. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. 3. Hæc est autem vita æterna: Ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. 4. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam: 5. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te. 6. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. 7. Nunc cognouerunt, quia omnia, que dedisti mihi, abs te sunt: 8. Quia verba, que dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, cognouerunt vere quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. 9. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: 10. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. 11. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos. 12. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. 13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. 14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut, & ego non sum de mundo. 15. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. 16. De mundo non sunt, sicut, & ego non sum de mundo. 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. 18. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. 19. Et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate. 20. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. 21. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. 22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. 23. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti. 24. Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. 25. Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me misisti. 26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

IN CAPVT DECIMVMSEPTIMVM

ARGVMENTVM.

**E**XHORTATIONEM claudit oratione, in qua primum de sua clarificatione, & patris gloria agit, deinde pro discipulis ac tota tandem Ecclesia precatur. Multis autem rationibus discipulos cœlesti patri commendat, idque non necessitate alieni auxilii, cum ille omnipotentia sua eos seruare posset, sed ut eos consolaretur, cum præsentibus audirent, quam ex animo patri filio commendarentur. Exemplo etiam præiret, quo ipsos doceret orare.

A vers. 15. In Ecclesia Syra legitur dominicæ tertiæ post festum crucis, דאזלביא דאזלביא.

Orationem hanc in horto habitam existimat Rupertus, verum eo in loco proiectus in terram, & a suis separatus orauit, hic sublatis in cælum oculis, ac discipulis audientibus precatur. Deinde occasionem eius erroris scriptura amputat; *et cum ista dixisset egressus est.* Quamuis autem Syrus habeat, *האלין אמרן האלין עמר* ista dixit, & egressus est, eodem tamen recidit.

VERSVS I.

*Hæc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te:*

QVÆSTIO I.

*Cur orat, & quo gestu?*

Orando §. 1. **O**Rat Dominus, non quod ipse auxilio egeret, qui Deus esset: Sed ut verum etiam se Adami Conzen in Euang. Tom. II.

hominem esse demonstraret: Ideoque quoad humanam naturam a Deo totum dependere. Sine Deo nihil posse. In Deo omne p̄sidium collocare. atq; ita exemplo præit, ne nobis fidamus, ne nostris viribus aliquid moliamur. Ita ergo se exhibuit precatorem, ut præstaret nobis deorem. te ipsa non monitis erudiret: ne homine indigna videretur supplex oratio, quam redemptor adhibuit. Poterat, inquit Augustinus, tr. 10 4. Dominus nosser vnigenitus, & coæternus patri, in formâ serui, & ex formâ serui, si hoc opus esset orare silentio: sed ita se patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, notam fecit, & nobis, quoniam tantum magistri non solum ad ipsos sermocina-

motinatio, sed etiam ipsius pro ipsis ad patrem oratio discipulorum est adificatio.

Atque eodem modo Hieronymus, Cyrillus, Leonius, Chrysostomus Beda, Theophylactus interpretati sunt. Non modo ergo cōcionibus, & vitæ exemplis erudiendus est populus, sed oratione iuandus. Omnia enim opera Deo grata, vt oratione impetrata sunt à Deo, ita quoque oratione obfignanda sunt, & eorum fructus Deo referendus.

*Oratio necessaria.*  
§. 2. Lutherus concione in hunc locum, orandū esse docet: Nam sine oratione fidē negat seruari posse, aut permanere. Quod quamuis sane intelligi oporteat, ipsum tamen refutat. Nam initio fidem docet esse debilem, quippe quæ sine orationis fomento frigeat, atque euanescat. Deinde constat hinc fidem non posse solam sufficere; nam oratione indiget, vt maneat, vt consistat. Nemo igitur de fidei, & salutis perseverantia certus est, nisi, qui de orationis efficacia certus, cum sit illa conditio, sine qua fides non permanet. Qui enim non orant, ostendunt se praesumptuosos & securus esse, inquit, quasi omnino non egeant Dei gratia, ignorant necessitatem & pericula sua, &c. eos à demone precipitari, vt non advertant. At vero cum doceat idem difficultimum esse bene orare, idque paucorum, non potest ex oratione colligi certitudo. Quod vero idem fingit, in choro cum canuntur Psalmi, neminem esse, qui vel cogitet à Deo quippiam petere, mera calumnia est.

*Gestus in oratione non preceptus.*  
§. 3. Gestu etiam, ac compositu corporis mentem in Deum eleuare nos docet, cum oculos subleuat. Sic Pl. 123. Dauid oculos in montes tollit. Falsum est, quod Rudolphus Gualtheri fingit, oculorum subleuationē nobis præceptā esse pro cōmicio orationis dominicæ; cū orare iubemur. Pater noster, qui es in cælis. Non enim diuina lex corporum suspectum, aut despectum exigit, sed animi cogitationem, & affectū in Deum dirigi imperat. Cerimoniam quæ orationi adduntur, vel ex affectu nascuntur, vel affectum, cum imbecillis est, excitant. Alii flexis genibus, alii facie proni in terram: 1. Tim. 2. Marc. 11. Matth. c. 14. v. 14. & 26.

*Orare pro alio licet.*  
§. 4. Ridiculè hoc loco Otto Brunfelsius ex medico stolido, in sanus Theologus. Christus hic patrem orat, non igitur sancti orandi sunt.

Perinde ac si dicat: Christus à nulla Ecclesia, à nullo homine intercessionem expetit, non igitur sine flagitio id facere nos possumus. Pro fratribus orare nos caritas docet, pro Christo orare blasphemum est. nec sanctos pro Deo colimus sed cū illis comprecatoribus ad communem Dominum supplices cum supplicibus accedimus. Qua de re vide Franciscum Horatium l. 3. locorum communium c. 14. & 15. contra Caluinum.

## QVÆSTIO II.

### Quæ sit hora?

*Hora ex decreto Dei.*  
§. 1. Venit hora, tēpore præterito legēdum, ἐλθὼν ὥν vt & Syriacū ἔθῃ Ethath lā ergo propinquauit, vt iam pati inciperet. Dum enim ista loquitur iam cohortem instruebat tribunus, & ad iter se parabant inimici. Significat autem aduenisse horam à sanctissima Trinitate ab æterno constitutam, non fatalem ex causis naturalibus orram, non ἐπιμαρτυρίαν, sed quam sibi filius Dei ab æterno constituit, non est hora in quā impedit, sed quam elegit, spōte enim & omnium præcius in horam illam venit, vt qui non modo omnia momenta passionis, sed gressus etiam, & hostium machinationes in numero tenebat. Ita interpretatur l. 3. c. 3. de Trinitate Sanctus Hilarius. Cum enim Ariani obicerent verba Ioannis c. 5. Non veni vt voluntatem Dei volita meam faciam, sed eius, qui me misit. Ipse hæc verba opponit, vt ostendat, etiam filii voluntatem fuisse. Non quod

nolit ille quod faciat: Sed obedientiam suam sub effectu paternæ voluntatis ostendit, volens ipse voluntatem patris explere. Erat autem hæc efficiendæ voluntatis voluntas, cuius ipse testis est, dicens: Pater venit hora, &c.

Hæc autem sibi exponenda sumpsit Hilarius contra Arianos, contra quos magno periculo, & labore depugnauit, & tandem triumphauit.

## QVÆSTIO III.

### Quæ sit clarificatio?

*Clarificatio.*  
§. 1. Passione Christi quidam clarificationem appellant, S. Augustinus potius exaltationē ita appellandam censet. nam passio humilitatis est, non claritudinis. Est tamen in ipsa morte etiam claritas, non quidem si interitum carnis spectemus, sed caritatem, fortitudinem, constantiam. Sic Petrus sua morte clarificauit Deum, sine dubio multo illustrior fuit mors Christi, cum qua ne in comparationem quidē venire mors Petri debuit. Hilarius l. 3. de Trin. c. 3. cruce clarificatum docet. nec de sola tamen passione interpretatur, sed etiam signis quæ Deus ad eius claritudinem edidit, & filium suum esse contestatus est. Verba Hilarii audire præstat. Air: Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Non diem, non tempus, sed horam venisse & mandicū, in horā à diei portio est. Et qua hæc erit hora: nempe illa, de caluarum qua tempore passionis, discipulos confirmans locutus est. Ecce venit hora vt filius hominis clarificetur. Hæc ergo hora est, in qua se à patre clarificari orat, vt patrem ipse clarificet. Quid deinde sit glorificari contra mundi sophistas, & Græciæ sapientes se explicare profiteretur. Non enim passio nobis solum hominem erat contestatura. Clarificat Pater filium, inquit. Quomodo tandem? suffigitur cruce.

Deinde quid sequitur? Sol non occidit, sed refugit. Sed quid refugisse dico? non receptus in nube est, sed de cursu operis sui defecit, & interitum suum cum eo reliqua mundi elementa senserunt. Pergit de terra, rupibus & Saxis miracula recensere.

§. 2. Obiciebant Ariani. [Ergo clarificatione egebat filius, quam orabat, & infirmus reperitur, dum clarificationem potioris expectat.]

Respondet Hilarius. Hæc ita vt sunt, intelligenda sunt: Sed cauendum ne apud imperito: gloriam filii honor Patri infirmet: nec infirmari se patitur hæc ipsa clarificatio postulata. Ad id enim quod dictum est: Pater clarifica filium tuum, sequitur & illud: vt filius tuus clarificet te. Non ergo infirmus est filius, vicem clarificationis ipse cum clarificandus sit, redditurus. Sed si non infirmus, quid postulat? Aut nunquid infirmus est, & Pater? &c. Sed neque hic eguit, neque ille desiderat, sed tamen alteri alter imperit. Ergo exposulatio clarificationis danda, vicissimque reddenda, nec patri quequam adimit, nec infirmat filium. Sed eandem diuinitatis ostendit in vtroque virtutem, cum clarificari se filius à patre orat: & clarificationem Pater non designatur à filio. Sed hæc in Patre & filio virtutis unitatem per vicissitudinem danda, & referenda clarificationis ostendunt.

Est ergo in morte decus omnium virtutum, claritudo signorum, redemptio mundi, omnibus ad tolerandam crucem incitamentum. Locum illum egregie exposuit. Horatius l. 4. locorum communium c. 3. Cum itaque pati & crucifigi, inciperet, supinos suos hostes prostravit, serus auriculam suo loco restituit, vniuersa illa sua miracula mansuetudine finiuit, suspensus mirabiliora patrauit, solis radios auertit, lapides fregit, pridem defunctos excitauit, scelerati vixorem iudicis per somnia serruit, infinita prædixit coram tribunali, & quod omnia vincit, in ipsa cruce clamat, &c. Vide cætera apud eundem auctorem, ex quo apparet eodem Spiritu Athanasium, & Hilarium scripturam interpretatos; nā Athanasius in disputatione

Libere patur.

Laodicens ad eandem obiectionem, eodem modo respondens, hunc locum pro Christi diuinitate adducit. Idem libro de communi essentia patris & filii, & Spiritus Sancti, hinc etiam probat Trinitatem. Sponte autem passum docet in Apolog. sua pro fuga. οὐ μὲν οὖν κἀκεῖ καὶ πάλιν θεὸς ὢν καὶ λόγος καὶ πνεῦμα, καὶ εἰδιώτως τὰ μετῆχόντα τοῖς πατρὶ ἀπὸ αὐτῶν κληρὸν καὶ τὴν ὄψωυν. ὃν αὐτὸς ὡς καὶ τὸ ἰδίῳ σώματι ἔχον εἰς τὸ παθεῖν, ἐπειδὴ δι' ἡμᾶς ἀνθρώπων γέγονε μὴ, πρὸ τῶν χρόνων ἐλθεῖν ἡμέρας, καὶ αὐτὸς ὡς ἡμεῖς ἐκρούσθητο ἰσχυρῶς, διωκόμενος τε ἐφύγε. Dominus quidem est Deus & verbum patris & gnarus omnib. a se tempus statutum, & noscens quod ipse definiuerat, & proprio corpori tempus patiendi, cum ante tempus quereretur, & persecutionem pateretur, fugit. At cum venit tempus quo corporaliter pati ipse voluit, allucens est patrem hinc verbis. Pater venit hora, clarifica filium tuum.

§. 3. Clarificatio illa fuit partim diuinitatis apud homines prædicatio, & fides recepta, partim humanæ naturæ exaltatio. De posteriore nemo dubitare potest. De priore etiam res certa est: nam quemadmodum Christus patrem clarificat eius bonitatem, & potentiam manifestando, ita Pater quoque, filium clarificat. Athanasius oratione 4. contra Arianos de sola carne interpretatus est. Quod verissimum est, si intelligatur, de donatione, qua Christo dignitatis aliquid accederet, non etiam de sola manifestatione gloriæ. Ariani vero de priore glorificatione locuti sunt. Nam manifestationem etiam Pater ipse accipit.

Ex Basilio autem apparet Phorinum ex his verbis arguitas blasphemias contra Christi diuinitatem confixisse. Cuius l. 4. contra Eunomium respondet. οὐ προσήκει τῆς δόξης αὐτῆς, ἀλλὰ τῆς οὐνοεστίας τῆς φωνῆς γενέσθαι. Non additamentum gloriæ ipsius, sed dispensationis manifestationem factam. Et paulo post: φαίνεται ἀπὸ τῆς φωνῆς τῆς οὐνοεστίας τῆς ἀνθρώπων φύσεως, ὃν κατ' ἐπιπέδον τῆς φωνῆς ἐίρηται. Apparet illa secundum æconomiam, vel dispensationem humanitatis, non ex defectu diuinitatis dixisse. Atque hoc ipsum est, quod Athanasius vrget. Clarificatio ergo est humanitatis καὶ προσήκει, ex accessione. Diuinitatis καὶ οὐνοεστίας, ex dispensatione. Quia manifestatur mundo.

VERSUS 2.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut, omne quod dedisti ei, det eis, vitam æternam.

QVAESTIO I.

Cur dedit illi potestatem omnis carnis?

§. 1. Potestas omnis carnis, est potestas in omnem carnem. Ita expressit diserte Syrus interpres בסמך כל ענין כל בשר שיהיה לו חלק בחיים. potestatem super omnem carnem. Carnis autem nomine homine significat. Plenissimum autem ius, & absolutum Dominium Christo dedit pro beneplacito suo statuendi de omnibus. 1. Cor. 15. 27. Ephes. 1. 22. Colos. 1. 18. Data autem potestas homini: nam qua Deus ab æterno eam cum patre æqualem habuit, quamuis à patre eam accepit, sed generatione æterna, sicut etiam essentiam.

Porro similitudinis particula sensum imperfectum esse ostendit: Supplendum est igitur. Sicut dedisti illi potestatem omnis carnis, sic illum clarifica, ut nimirum quod datum est illi ad salutem omnium id norint omnes, vt salutem consequantur. Sic ille etiam clarificet. Omnes, non necessitate seruiti, sed libera ac prompta voluntate illi sese submittant, imperata faciant.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

§. 2. In his verbis, vt omne quod dedisti ei, det illi vitam æternam. ἵνα πᾶν ὃ ἐδωκας αὐτῷ δώσῃ αὐτοῖς duplex est Hebraismus. Nam sensus Latinis & Græcis est. ἵνα πᾶσι, ὅς ἐγγινώσκας αὐτοῖς, δώσῃ, vt omnibus, quos dedisti illi, det vitam æternam. Ponitur igitur primum nominatiuus, pro datiuo, & relatiuum pro antecedente, vt Pal. 70. 4. Dominus in caelo sedes eius. Syrus pro αὐτοῖς habet ἡ ἐί.

Causa vero cur illi sit data potestas in omnem carnem additur, vt det illi vitam æternam. Ad hoc enim finis clarificatur, vt ad eum saluatorem omnibus accessus patefiat, non Iudæis solis, sed omnibus, neque Iudæorum Deus tantum, sed & gentium. Nam et si Dei gloria in se nec augeri potest, nec minui, apud homines augeri, & decrefcere censetur, ante erat notus in Iudæa Deus, nunc autem posito Christo in lucem gentium magna est apud omnes gentes gloria eius.

Omnibus dat vitam æternam.

§. 3. Quos dedisti, inquit. Non omnes accipiunt vitam æternam, sed quos dedit illi Pater. Sunt quidem omnes eius subditi, sunt sub eius imperio, sed multi improbi, in peccatis suis permansuri, qui sunt etiam eius. καὶ μὴ τὸ μέγεθος αὐτῶν πάντες. Nam & omnes sane pars eius sunt, vt ait Chrysostomus. Quod vero non veniant, ὃν τὸ διδασκόντι ἐγκλημα, ἀλλὰ αὐτῶν ὃν δευροπλοῖον. Non est culpa docentis, sed eorum, qui non recipiunt. Non dedit omnibus, quia noluerunt. Frustra igitur hæretici nonnulli fingunt, impossibile illis esse ad salutis suæ spem, & dona fidei accessum. Caluinus ipse hoc docet. Ceterum non dicit Christum se toti mundo præsecutum esse, vt vitam omnibus promiscue conferat: sed gratiam hanc restringit ad eos, qui sibi dati sunt. Verum Caluinum optime refutat Aretius Caluiniānus, imitatus verba Chrysostomi. Quod non omnes accipiunt, inquit, non docentis est crimen, sed nolentium culpa. Nihil autem certius, quam Dei voluntate antecedente nide ad omnium salutem venisse Christum: Verum hac de questione paulo post dicetur.

§. 4. Deum esse Christum manifestum est etiam ex eo, quod credentibus det vitam æternam. Cum enim vita æterna sit possessio summi boni, cetera, immutabilis, Dei visio, amor, fruitio, non potest à creatura dari, quomodo enim creatura det possessionem creatoris? Nec Christus non est Deus, quia Pater illi dedit; nam & essentiam filio dedit, & humanitati vitam dedit, sed ille vt Deus dat vitam æternam. nec rursus ideo Deus non est, quia Deum rogat; hoc enim facit vt homo. Clarificat filium patrem, & honorat, non adorat vt Deus est. Olim erant illa Ariatorum Cauilla, vt est apud Augustinum contra sermonem Ariatorum c. 25. Filius, inquit, pro nobis interpellat patrem & Spiritus pro nobis postulat filium. Respondet, superius se respondisse, quomodo filius interpellat patrem, non inueniri vbi Spiritus pro nobis postulet filium. Spiritum vero Sanctum dicit, non interpellare Christum aut patrem, sed facere vt nos interpellemus.

Christus Deus.

§. 5. Vitam æternam dabit, inquit Fiduciarum, certa est ergo cuique sua salus. Respondeo. Certam omnino esse illis, quibus certum est, se à patre datos esse filio, non extemporaria aliqua donatione, sed electione æterna. nemo autem certo id scire potest, nisi cui Deus reuelauit. Lutherus quidem valde in huius loci deprauatione præsumptionem prædestinationis vrget, vt ex qua omnia pendere arbitretur. Sed tam etiam Bernardum sanctum eodem in discursu appellat, qui certe ab illa fiduciatione longissime abfuit. Sermonem primo de septuagesima. Quis potest dicere, ego de electis sum? Ego de prædestinatis ad vitam? Ego de numero filiorum? Quis hec inquam dicere potest? reclamante nimirum scriptura. Nescit homo si sit dignus amore, an odio? Certitudinem vtrique non habemus: sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur.



Ambrosius simili modo, Deum esse illum, cuius in cognitione vita aeterna ponitur. Non enim creaturae id continet. Theod. Heracl. respondet patrem dici solum Deum *ὁ θεὸς τὸ ἀσπρόν*, quod sit ingenuus. Melior est responsio communis, Nazianz. Casarii, Basilii, Cyprian. Theophyl. Euthymii & aliorum. Patrem vocari solum Deum, non ut filius & Spiritus Sanctus excludantur, cum in essentia patris intime includantur, & ut Trinitati loquantur identificentur, sed ut à sanctissima Trinitate omnia idola, omnes dii gentium excludantur.

Optima est responsio Augustini. Ambrosii, Chrysostomi, verba sic coniungenda. Ut cognoscant te & quem misisti Iesum Christum solum verum Deum; illum etiam solum Deum. Nam vna est, & sola vtriusque Deitas. Chrysostomus similem locutionem adfert ex 1. Cor. 9. *An ego solus, & Barnabas non habemus hanc potestatem?* Verba Augustini tract. 105. *Ordo verborum est, ut te & quem misisti Iesum Christum, cognoscant, solum verum Deum, consequenter enim Spiritus intelligitur, quia Spiritus est patris & filii, tanquam caritas substantialis, & consubstantialis amborum, quoniam non duo dii Pater & filius, nec tres dii, Pater & filius & Spiritus Sanctus: sed ipsa vritas vnus, solus, verus Deus.*

§. 4. Ariani & Trinitati recentiores alia sophismata accumulunt. *Qui non misit filium, non est Deus, Trinitas non misit, non est ergo Deus. Qui non habet Christum mediatorem non est Deus. Trinitas non habet mediatorem, non est ergo Deus.*

Respondeo ad primum antecedens esse falsum. At solus Deus est, cuius filius est Christus, Respondeo: Solus exclusis diis falsis, non solus respectu personarum, quae sunt idem Deus, qui est Pater.

Alterius sophismatis occasionem dedit Caluinus & eius asseclae, qui Christum mediatorem secundum diuinitatem esse finxerunt. In orthodoxa sententia facile soluitur. Tota enim Trinitas habet mediatorum, Christum secundum humanitatem, quae adoratur, patitur pro humano genere, nec patrem solum colit, sed etiam filium. Quicquid vero creatura obsequii praestitit vni personae, id toti Trinitati exhibetur Hieronymus in cap. 4. Ephes. *Sicut existimant Ariani, Deus Pater est Deus solus; eadem consequentia solus erit Iesus Christus, & sic ne Pater erit Dominus, nec filius Deus, sed absit, ut non sit vel in dominatione Deitas, vel in Deitate dominatio. Vnus est Deus, & vnus est Dominus, quia patris & filii dominatio vna est diuinitas. Praeterea, & fides vna dicitur: Quia similiter in patrem, & filium, & Spiritum Sanctum credimus.*

Vbi enim vnus est Dominus, ad vnum obsequia deferuntur: quod etiam Augustinus l. 6. c. 9. de Trinitate exponit. Singulae enim personae sunt vnus solus verus Deus, & omnes simul. Ex Domini ergo testimonio inquit, & patrem vnum verum Deum dicimus, & filium vnum verum Deum, & Spiritum Sanctum vnum verum; simul & patrem, & filium, & Spiritum Sanctum, id est simul ipsam Trinitatem, non tres Deos, sed vnum verum Deum.

VERSUS 4.

*Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam:*

QUESTIO I.

*Quod opus consummaui?*

§. I. **P**rimaria pars operis superesse videbatur. tota crucis ignominia, sed consummatum de Adami Conzen in Euang. Tom. II.

cit, vel de futuro locutus in praeterito, quod iam certo certius, & Breui absoluendum esset, ut Augustinus. Vel quod iam inchoasset ut Leontius, vel denique de praedicatione accipiendum est. Ut expositio sit verborum praecedentium; *Clarificaui nomen tuum super terram;* nam in caelo iam notum erat. *Opus inquit quod dedisti mihi.* Syrus addit: *אשר עשיתי לך ad operandum,* deinde relatiuum adiungit *אשר נתת לי* *scilicet me* *absolui illud.* Christo enim vnicus erat scopus propositus in omnibus, & singulis actionibus, Deum clarificare. In quem omnes etiam homines nascuntur, adeo ut qui id sponte non faciunt, nec virtute; poena iuenda inuiti sint facturi. Quisque enim pensum sui operis à Deo accepti, cuius vel absolute beatus, vel neglectu futurus est miser, perficere debet.

Quidam apud Aretium de impletione, & abrogatione Mosaeicarum caerimoniarum interpretati sunt: At primarius finis erat Dei clarificatio ex hominum redemptione, consequens erat, ut vmbra crederent, luci venienti, & figura cessarent veritate praesente.

§. 2. Inter haereticorum interpretes diffusissimus Rudolphus Gualteri, Christi verba ad confirmationem haereseos attripuit. [Christus opus à Deo datum consummauit, nullum est ergo opus Dei, nisi sit à Deo imperatum. Proinde peccatum est, quicquid obsequii Deo exhibetur, cuius mandatum non habetur in Scriptura.]

Respondeo. De scriptura nihil conuinci. Nam satis est verbo mandari. Nec scripto Christus Apostolis legationem mandauit: nec illi primis Christianis. Hoc ergo in medio relinquitur, tanquam manifeste falsum, cum Sectarii etiam diem dominicam celebrant nullo diplomate iussi. Nulla vero consequentia est: *Christus opus sibi datum absoluit.* Nihil ergo sciendum est, nisi de mandato Domini. Seruus cum mandata Domini exhausti, si aliquid faciat iniustus, non peccat. Malum est non obedire mandato, bonum tamen est benefacere sine mandato. Eius generis multae sunt caerimoniae, quas si mandatum Dei habere concedant Sectarii, se ipsos non obseruando condemnent, necesse est. Si vero absque mandato sceleratas esse contendat, sine causa primitiuam Ecclesiam, & viros Apostolicos magnorum criminum accusant.

Dionysius Aecopagita de Hierarchia cap. 2. varias Baptistini caerimoniae recenset, & explicat, & eas quidem iam tum in Ecclesia vtitas, non contentas sacrarum literarum monumentis. Si illae tum laudabiles fuerunt, cur nunc non modo inridentur, sed etiam ut damnableles *ἰεροδemonίου* accensentur? Si illae etiam Ecclesiae tam criminosae fuerunt, ut Episcopi, martyresque fidem abnegarent, cur Apostoli non obfisterunt? nam Dionysius Apostolorum discipulus, cum sui temporis recenset historiam, & consuetudinem, id narrat, quod ab Apostolis institutum nouit. Ideo mox initio ex *λογίαις*, docet esse tradenda, & interpretatur S. Maximus *ὁ πῦρ ἐξ ἐξελθὺν ἀπὸ τοῦ πύλου ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι*, Quod Hierarchiam scientiam ex traditione accepit. Quod ipsum in initio proficitur. Quod si Augustinus audiamus, tract. 105. dare non est hoc loco iubere. Non ait, iussisti, sed dedisti, vbi commendatur euidentis gratia. Quid enim habet, quod non accepit, etiam in vnigenito humana natura? An accepit, ut nihil mali, sed bona faceret omnia, quando in vnitatem personae, suscepta est à verbo, per quod facta sunt omnia?

*Finis Christi gloria Dei.*

*Non omnia scripta.*

*Quaedam non iussi bene facimus.*

VERSUS 5.

*Et nunc clarifica me tu Pater apud te met ipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te.*

Vu 3

QUESTIO

## QVÆSTIO I.

Quæ sit claritas, quam habuit apud Patrem antequam mundus fieret?

§. 1. Verba alioqui clara, si quis sine interprete legat, expositionum diuersitas ambigua reddidit. Nunc, inquit, nam ante te clarificauit, vicissim me clarifica, atque adeo ab hoc tempore, ut Theophylactus, & Euthymius docent. Clarificatio est claritatis prædicatio, atque demonstratio. Sensus itaque est: Mundo ostende me esse talem, qualem ab æterno me esse nouisti, non seductorem, non prophetam duntaxat, sed filium tuum vnigenitum.

§. 2. Quidam hæc verba sic interpretati sunt, quasi humana natura eâ clarificatione mutanda esset in diuinam, quæ fuit ante mundi constitutionem. Errorum illum Augustinus ut facile confutaret, à veterum interpretatione recessit: & claritatem quam habuit ante mundum conditum, de prædestinata gloria intelligit, atque hæc se dicere propter contentiosos asserit. Verba Augustini sunt. Ordo (tract. 105.) *verborum est, quam habui apud te, priusquam mundus esset. Ad hoc est mutata nunc. Sicut tunc prædestinatione, ita & nunc perfectione fac in mundo, quod apud te fuerat ante mundum. fac in suo tempore, quod ante omnia tempora statuisi. Hoc quidam sic intelligendum putarunt, tanquam natura humana, qua suscepta est, à verbo, conuerteretur in verbum, & homo mutaretur in Deum: Imo si diligentius quod opinati sunt, cogitemus, homo periret in Deo. Ad hanc opinionem nihil vrgere non dicit: Si intelligamus prædestinationem claritatis humana. Causa ergo cur sic interpretetur, est ut obiectionem illam declinet.*

§. 3. Vetusissimorum scriptorum alia est interpretatio. Clarifica filium, ut mundus agnoscat claritatem diuinitatis eius, quam ante rerum creationem habuit. Hoc enim argumento contra negatores Christi diuinitatis vsi sunt orthodoxi.

Solet vero æternitas describi cum dicitur, aliquid fieri ante mundi constitutionem. Eph. 1. *Elegit nos ante mundi constitutionem.* & Heb. 7. & 13. Ioan. Epist. 1. c. 5. Si ergo æternus, ergo Deus non extemporarius, sed æternus. Ita Athanasius orat. 4. contra Arianos. *καὶ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔλεγε καὶ τὴν ἀνάστασιν εἶναι φέροι, τὰν τὴν εἶχε καὶ πρὸ τοῦ λαβῆναι, καὶ πρὸς τῆς ἀνάστασεως.* Et potestatem, quam se dixit post resurrectionem accepisse, habuit antequam acciperet, etiam ante resurrectionem. Et oratione contra Sabellium & eius Gregales. Memor sit patris dicentis ex vtero ante luciferum genuite. Item filij qui erat ante mundum apud Patrem, atque etiam tu gloriam Dei possidebat, de se testimonium tale perhibentis: Clarifica me Pater illa gloria, quam habui antequam mundus existeret apud te. Quibus verbis gloriam quidem secundum hominem postulabat, cum testaretur tamen, se gloriam secundum Deum ante mundum habuisse. Habuit autem gloriam *ὡς καὶ τὸ ἀρχαῖον*, cum esset, & existeret. *ὅθεν δὲ μὴ ὦν δεδῶκεται*, non enim non existens glorificatus est. Hæc Athanasius.

Ante Athanasium Nouatianus. Et quomodo post mundum, qua homo nascitur, sic ante mundum, qua Deus fuisse perhibetur. Et c. 13. Quoniam vsque ad summum, nec quisquam in caelum ascendit, nisi qui de caelo descendit. Filius hominis, qui est in caelis. Repetens hoc ipsum dicit: Pater clarifica me eo honore, &c.

## VERSVS 6.

Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mun-

do: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt.

## QVÆSTIO I.

Quomodo Apostoli sermonem seruauerunt?

§. 1. Manifestasse se nomen Dei profiteretur, ideo præmium petit, & pro illis orare incipit. De futuro etiam intelligit Augustinus, Theophylactus. Solis fere Iudæis manifestauit, & paucis gentilibus, sed ita ut iam plurimis manifestandum foret. Hier. in Psal. 75. *virtur verbo reuelandi.* Iudæis etiam Dei nomen qua Pater est reuelauit, *Omnis enim filius, ut inquit Hieronymus, nomen est patris.* Adrianus Pontifex hoc testimonio tanquam primario virtur contra errorem Elipandi Episcopi Tolerani. Vide Concilium Francorum. T. 3. parte 1. pag. 412. editionis Binianæ.

Sermonem autem seruauerunt, reuera obediendo, non studio tantum inani, & succumbente tentationibus voluntate. Nam Apostolicum Christo miferunt in tentationibus, deinde re ipsa non modo conatum tenus crederunt, seruati erant à malo. Si autem veram fidem, non elumbem credendi operationem requirit, non dubium est, quin eodem modo & caritatem, & spem requirat. Hinc erroris etiam Caluinus arguitur, qui adeo certam hinc fiducia præsumptionem deducit, perinde ac si de ipso Dominus dixisset: *Sermonem meum seruauerunt.* Et dedit illis mihi.

Rudolphus Gualteri ex pronomine Tuum, etiam concludit: *nullas esse in Ecclesiâ leges à præsulibus dandas, vel obseruandas. Sermonem tuum seruauerunt, non ergo sermo Episcopi vel Pastoris est seruandus.*

Puerilis inscitia est. Imperium regis seruandum est, & ducis à rege missi. Nam si omnem aliam legem excludit sermo Dei. Cur quotidie nouas sibi condunt Respublicæ? Audire propositos iubemur: non contradicere sacerdoti. Obedientia enim magistratui debetur, siue verbo imperet, siue lege aliquid sanciat; Cor. 13. Rom. 13. Ita Concil. Chalced. Act. 15. Romano sub Hilario primo can. 1. Concilio 6. Act. 4. & in 8. Synodo Act. 1. Dei verbo data est prælatis auctoritas imperandi, ideo & subditis imposta necessitas parendi. Nulla est iubentis potestas, si manet in subdito parendi, vel non parendi libertas.

## VERSVS 7. &amp; 8.

Nunc cognouerunt, quia omnia qua dedisti mihi, abs te sunt: Quia verba qua dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.

## QVÆSTIO I.

Quid Apostoli cognouerunt?

§. 1. Superiore capite v. 30. cum discipuli respondent: *In hoc credimus, quoniam à Deo existi, eos grauius Caluinus reprehendit, quod plus sibi tribuant, quam cognouerint in eo deceptos, quod plus sibi sapere viderentur, gloriari ac si nihil deesset.* Christus autem eos defendit. Nomen enim suum ait illis manifestaſſe, sermonem ab illis

illis seruatum nouisse omnia sibi à patre data, verba illos accepisse, & credidisse quod verè à Deo exiuerit. Eisdem imò euidentiorebus asserit, quod ipsi professi sunt. *Credimus quia à Deo exiit.* Non est ergo fides fiducia, qua certum habent, omnia sibi peccata etià manentibus in illis condonari. Nec Petrus credebatur se in abnegationis mendacio, periurio, & anathemate iustum permanurum. Quid ergo nouerant? Quid credunt? *Omnia à patre data esse Christo, Christum à Deo esse.* Hoc est obiectum fidei: cui spes deinde adiungitur. Fidem autem assensu definit hic Christus, non voluntatis affectu. Porro ex his omnibus clarum efficitur, fidem non esse ex nobis, sed Dei donum ut crebro inculcat August. & Prosper responsionibus ad excerpta Genuesium. dubio. 4. 5. 6.

VERSUS 9.

*Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt.*

QUESTIO I.

*An non pro mundo roget Christus?*

§. 1. **F**acile est intelligere, quomodo pro discipulis oret quia amici, quia à patre dati. Cur se neget rogare pro mundo, magna disputatio est. Hæresis Prædestinatiorum hoc loco exultat; non orat pro mundo, hoc est reprobum, non ergo passus est pro illis: non ergo possunt illi saluari. Caluinus preces pro omnibus iustas ad electos ait restringi, nos ait, *quæuis pro electis oremus simul tamen à Deo petere, ut hostes perdat.* Christi tamen exemplo ut non posse, quod arcana Dei ignoremus. Ut veteres prædestinatianos, taceâ, Boquinus, Pleincherius, Clebitius, seu etiam Lutherani vocant Cleinuirzium, eodem in errore versantur. Sic Simon Semonius l. 2. cõtra Scheckium. Gommarus contra Arminium. Aretius patte secunda problematum. Zanchius in miscellanea doctrina, eumq; secuti Vrsinus, Pareus alij. Qui negant pro omnibus Christum venisse, sed pro paucis tantum electis. Quos Ioan. c. 1. v. 29. refutat. *Eccc Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Rom. 3. 23. Verum hunc locum consideremus: nam paulo post pro crucifigentibus orat in cruce pendens, & merito cum satisfecerit pro omnium nostrum peccatis, & pro peccatis totius mundi.

§. 2. Ex diuina voluntate antecedere, & caritate sua omnium salutem quaesuit, precium sufficiens, & satisfactionem obtulit, quia tamen etiam hominum in propria salute consensum requisit, non fuit efficax redemptio in illis, qui contumaciter resisterunt. Ortio non fuit in gen. in Epist. ad Rom. l. 2. *Sanguis Christi adeo preciosus fuit, ut solus pro omnium redemptione sufficeret.* Verissime dictum, sed magna pars precii quo redimeretur contempserit, præta libertate. Sic etiam oratio Christi efficax fuit, ut tamen consensum requireret eorum quibus erat profutura: nec enim inuitos saluare voluit. Sic Euseb. Cæsariens. l. 1. in præfat. Hoc etiam obseruandum, doctores hæreticorum non detorquere ista verba ad blasphemiam, prædestinatiorum, Lutherus in hom. huius loci. *Non orare Christum pro mundo ut eius insaniam, superbiam, tyrannidem rucatur, & præuius consilij, actibusq; detrucessum.* Aretius Caluianus. *Non orare Dominum pro mundo inemendabili, sed alijs: Speciales esse vero has preces pro Apostolis, & ad solos illos pertinere; illorum enim tutelam commendari singularim, quod maius onus illis incumbat. Alias pro amicis, inimicis, hostibus, alijsq; omnibus orare filium Dei. Rudolphus non oro pro mundo, qui pertinaciter in corrupta massa hæret, nec ad Christum accedit, nec admittit venientem.* Senlus verissimus: Christum, qui

pro inimicis orauit, & mortuus est, hoc tempore orare pro solis Apostolis, ut eos consoletur, vitur veritate ratione admodum efficaci & vñrata, cur à patre exaudiri debeat, non enim orat pro inimicis, blasphemis, contemptoribus, idololatriis, sed pro amicis, seruis, filijs Dei, quos Deus sibi dederat, has ergo preces Deum exaudiri æquum existimabit, qui pro mundo orantem etià audijt. Nec Christum protestatur se pro mundo nunquam orasse, nec oraturum, sed nunc speciatim Apostolos commendare. Cuius hoc indicium est, quod postea seorsum orat pro credituris per verbum Apostolorum. Hoc ergo versu solos Apostolos complectitur. Non enim necessè est; omnem orationem semper esse pro omnibus. Sed pro vno alteroue orare licet, non comprehensis omnibus alijs, qui oratione indigent. At si orauit pro mundo, cur non exauditus est, ut se mundus conuerteret? Respondeo: orationem pro illis fuisse sufficientem, uti & dona gratiæ, auxiliaque fuere sufficientia, ut si ipsi quoque vellent, conuerterent, qui manserunt obdurati. Atq; hac ratione exaudita est oratio mediatoris: non est autem progressa vltra Dei voluntatem cognitam, qua ille saluare illis dare voluit, sed obduratas deserere statuit. Semper autem ut corpora aluit, ita mentes viuificat, gratia sua, non æquali omnes, sed sufficiente tamen singulos præuenit. Optime Prosper. l. 2. de vocatione gentium. l. 2. c. 10. *Patienter igitur & longanimiter tam re-*

§. 3. **O**bjicit Brunsfeldius. *Christus orat pro Apostolis, non fuit ergo in illis liberum arbitrium.* Respondeo. Imo vero idcirco orauit, quia erat in illis liberum arbitrium, quod deficere poterat, & quo multi abutuntur. Liberum arbitrium gratiæ est indiguum, ut rectè faciat, vitia declinet, non destruit gratiam, nec ab ea destruitur. Audierat forte homo & indoctus, & temerarius Pelagianos à patribus conuincit; necessariam esse gratiam, liberum arbitrium bonæ vitæ non sufficere, hinc in eam suspicione non venit, ut putaret liberum non esse arbitrium. Quia in re imprudens Pelagianis subscribit, quorum erat error. Gratiã quam orthodoxi prædicabant, destruerent liberum arbitrium, ut docet Prosper. Epist. ad Rufinum de libero arbitrio. Nimum vero ineptè nimiumq; inconsiderate ab aduersariis dicitur, quod per hæc Dei gratiam nihil libero relinquitur arbitrio. *Quamuis enim in paruuli baptismi transientibus manifestissime nullum opus, nullusq; appetitus eorum voluntatis existat: & pleriq; vtentes quidem libero arbitrio, tollit ar-*

Et de vocatione gentium l. 1. c. 8. *Fuit enim in Adam natura sine vitio, qui per voluntatis inobedientiam multa mala contraxit, & in posteros magis, magisque multiplicanda*

Fides non est fiducia.

Pro omnibus passus est.

Redemptio non fuit in omnibus efficax.

Origenes Lutherus.

pro solis Apostolis orat.

Non desinit mundo Dei gratia

Gratiã non tollit arbitrium.

Voluntas agit cum Spiritu Dei.

transfudit. Que ut vincantur atq; in nihilum deducantur, nō efficit, nisi gratia saluatoris, qui opus suum opere suo reparat. Sic enim dicit Iohannes Apostolus: In hac apparuit filius Dei, ut soluat opera Diaboli, & sic rumpit vincula captiui, sic vestit nuditatem spoliati, sic sanat vulnera sauciati, ut quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Cui vtq; contra hostem suum non expedit, sine protectore conflagere. &c. Nec quia Spiritu Dei agitur, ideo se putet liberum arbitrium non habere: quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate se dedit, a quo iudicium voluntatis deprauatum est non ablatum.

Christus orauit pro nobis orant & sancti.

§. 4. Aliam etiam habet, sed reusam, & fractam relumit idem Brunsfeldius. Christus pro nobis orat, non igitur sancti. Retorsit iam olim Apostolus hoc imbellem: Ecclesie enim pro se preces expetit. Quin pro captiuo Petro Ecclesia orabat, nec tum quisquam erat, qui moneret, Christum orasse pro Petro, nouas preces in Christi preces esse contumeliosas. Orabant illi Christum, & orationem lacrymasq; iungebant, vt pastorem Dominus liberare dignaretur: orauit Christus pro nobis, vt etiam pro inuicem, imo etiam pro persecuentibus, & calumniantibus oremus. Nostras orationes suis iungi. & in vnu quasi colligari voluit, & virtute suarum orationum exaudiri. Non iam hac de controuerfia disputo. Hoc tantum dico Christi oratione non modo sanctorū pro alijs preces non prohiberi, sed formari, cum Dominum in illis imitentur. Brunsfeldio oppono Concilium Chalcedon. act. 11. Flauiano aeterna memoria. Ecce vltio, ecce veritas. Flauianus post mortem viuit, martyr pro nobis orat.

VERSVS IO.

Et mea omnia, tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis.

QVÆSTIO I.

Quomodo filij sunt patris, & è contrario?

Christus quomodo accepit.

§. 1. Rogaturum se promiserat, accepisse se à patre professus erat, subortiri hinc cogitatio poterat; filium esse patre minorem: ideoque nec Deum. Eam suspitionem remouet, & omnia patris esse sua, omnia sua esse patris contestatur, non modo Apostolos, mundum, Angelos, sed diuinitatem, substantiam, naturam, sapientiam, omni scientiam, omnipotentiam. Ac proinde qui patris sint etiam filij esse, nec se aliter accepisse, quam aeterna generatione, qua Deus est; vel libera donatione, qua homo. Athanasius oratione 4. contra Arianos. p. 254. & Synodis arimini, & Seleucia habitis. p. 711. & de sanctissima Deipara. Nā omnia intelligit, excepto solo, quod filius non sit pater, nec pater sit filius. Cætera omnia ait communia oīōν τὸ θεός. Nulla autem creatura, quantumcunque gloriola dicere potest. Omnia Dei mea sunt, quamuis hoc recte dicat, omnia mea Dei sunt, & ego quoque quicquid sum Dei sum. & dial. 2. de Trinit. probat non esse ἀσύγκλητον patrem ad filium, hoc est, incomparabilem, cum filius dicat: Omnia tua mea sunt, Et dialogo contra Macedonianos probat; non hoc de solis Apostolis intelligi, sic enim illi interpretabantur, omnes Apostoli tui, mei sunt, & omnes mei sunt tui: Instat Athanasius. οἰδα καὶ γὰρ ὅτι ἐπὶ τῶν μαθητῶν διαλαλῶν εἶπεν ταῦτα. ἀλλὰ συνήθε τοῖς μαθηταῖς πέντα. ὅτι ἐπὶ τῶν, οἱ ἐμοὶ σοὶ εἰσιν. ἀλλὰ, πέντα ἕμα σὲ εἶσι, καὶ τὰ σὲ ἕμα. Noui & ego quod de discipulis loquens illa dixerit. Sed discipulis coniunxit omnia. Non amplius dicens: Mei sum tui, sed omnia tua sunt mea & mea tua. Eadē in disputatione Laodicena contra Arium repetit, & instantius vrget.

Spiritus sanctus à filio.

§. 2. Si omnia itaque patris sunt filij, necessario consequitur Spiritum sanctum esse etiam à filio. Nā si à solo patre procedit, pater solus spirator est, ac productor Spiritus sancti; hoc ergo cum patre commu-

ne filio non est. Non ergo omnia patris sunt filij, imò cum ratione spirationis filio pater non opponatur, necessario in ea vnum sunt, & idem. Ita Augustinus argumentatur l. 5. c. 14. de Trinitate. Et orthodoxi in Concilio Florentino.

VERSVS II.

Etiam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos.

QVÆSTIO I.

An non iam sit mundo?

§. 1. Amoralis quodam loquendi modo aberat, iam enim post aliquot horas abiturus erat, vt solent qui iam in prociectu sunt inter absentes, & qui in extremis, inter mortuos semet numerare. Hinc argumentum sumit Apostolos commendandi Deo Patri. Iam non sum, abeo enim, in itinere sum, & vale dixi. Illi medijs in periculis hærent, defendendi sunt igitur, vt intelligant, meo discessu nihil detimenti se facere. Sanctum patrem appellat, vt magno se affectu orare ostendat. Quorundam incepta, & si consequentiam spectes, impia est interpretatio. Non sum in mundo hoc est, mundana non sapio, quasi vero ante mundana saperet, qui Deus, nihil nisi diuinum etiam in humana natura cogitauit.

§. 2. Bullingerus sacramentariæ hæresi prodelle putauit, quod dixit: se non esse in mundo. Atque in eos grauitur inuehitur, qui alio quodam modo inuisibiliter in mundo esse profitentur. Nullo tamen argumento, sed sola negatione pugnat. Quasi non possit & adesse suis, & ab illis non videri, qui ostio clauso ingressus est, conclauæ, qui per medium hostium ibat, nec videbatur. Non esse in mundo, est, non hominū morte viuere, corpore mortali, cibo, potu, somno, cæteraque corporis cura egere. Nam alioqui & corpus etiam post mortem in sepulchro manisset, & post resurrectionem dies quadraginta discipulos instuendo totus in terra mansisset; non tamen erat hoc esse in mundo non enim nisi per interualla, & ad exiguum tempus cum illis agebat, eodem modo nunc quoque in mundo nō est, vt more humano nobiscum videretur, sed modo prorsus admirabili in sacramento, quo nobis sese in cibum & potum donauit.

Sic inuisibiliter nobiscum omnes liturgiæ docent. Liturgia S. Basilij. Et Epiphanius in Ancorato Alij; qui præsentiam Christi inuisibilem agnouerunt. Sed alibi, & suo loco de ea controuerfia disputauit.

Basilij quidem cum Angelis adesse dicit: οὐρανὸν τῶν πάλαι σαφὲς βροτείον, καὶ οὐρανὸν μετὰ φέβου, καὶ τὸ εὐαγγέλιον τῶν βασιλεῶν τῶν βαλεόντων ποσειδεῖν σφραγισθῆναι τοῖς πνεύματι. Sicut omnis caro humana, & stet cum timore & tremore progreditur enim rex regum vt immoletur fidelibus. Singulatim Patriarcha Constantinopolitanus, Germanus metropolitanus conuertit ait panem & vinum in corpus & sanguinem. De Caluinianis re de Magnes auctor antiquus. οὐκ ἐστὶν ἐν αἰσθητοῦ τῶν σῶματῶν, καὶ τὸ αἷματῶν, ὅπερ πινεσ ἐπάναλυσθησαν, πεπηρωμένοι τὸν νοῦν, μὴ δὲ σῶμα, καὶ αἷμα Non est Eucharistia figura corporis & sanguinis, vt aliqui mentis expertes cocinunt, sed potius corpus & sanguis. Illi fuisse videntur reliquæ Caphernaïtatum. Idem monuit Anastasius contra Caianitas, καὶ γένοιτο ἡμᾶς εἰσπεῖν ἀντίτυπον τῶν σῶματῶν καὶ χεῖρῶν τῶν ἀγίων καὶ νοῦν αὐτῶν ἢ ψυχῶν ἀπῶν, ἀπὸ ἀληθῶς σῶμα, καὶ αἷμα τῶν κατὰ

In mundo esse est mare hominū viuere.

ADAMI CONZEN  
112  
+ Euangelium  
Cvi  
14

QUESTIO I.

Cur Iudas perierit?

§. 1. S. Et uasse se omnes affirmat, solum Iudam excipit. Sed enim perijisse, ut scriptura impletur. Scriptura est Psal. 41. 10. & Psal. 69. 26. & Psal. 108. 8. Act. 1. 10. Omnes interpretes adnotarunt, particulam istam non causam, sed effectum significare. Ita Theophyl. Alijque, Cyrillus, Augustinus, & quod Mireris Caluinus & Aretius, non enim predictio causa est, ut res eueniat, nec enim prouidendo peccatum peccare cogo. Improbe ergo causam prodictionis Deo transcribit Zwinglius, & cum imitati rigidi Caluiniani, non enim ille causa est malitiae Iudae, nec Deus illum in scelus impulit, sed sponte sua, & Satanæ tentatione ausus est immane nefas. Obseruanda etiam & admonitio Aretij, neminem oportere securum esse: si enim ille concidit, quid alij metuendum est? Si metuendus est lapsus non est promissa persecutorum securitas.

Scriptura non est causa facti.

§. 2. Seruauit igitur eos in nomine patris, tanquam legatus illius, nunc se commendasse eos patri profiteatur, ut gaudium suum sit plenum in ipsis, nempe ut gaudium quod dedit ipsis discessu non pereat, sed impleatur, ut nunc doceantur, fore, ut ipso absente etiam plura accepturi sint à caelo dona.

§. 3. Bullingerus in suo commentario multa subinde ex Cyrillo describit, hoc loco prolixus est, in eodem citando, imaginatur enim sibi eum fauere. [Rursus aut gratissimam rem lectoribus facturus mihi uideor, inquit, si sanctissimi & acutissimi uiri S. Cyrilli enarrationem huius loci ex libro eius in Io. ii. c. 21. in hoste nostros commentarios transcripsero. Propter eos praesertim qui bonorum librorum inopia laborant. Paulatim clarior saluatoris redditur sermo, & quasi ab umbra ad solis radios aut à fluctibus ad stationem reducitur. Putabant enim discipuli absentiam Christi, seruauit, ut hominis dico, (Deus enim ubique adest) multorum enim incommodorum causam futuram, cum non adesset, qui ab omnibus posset eos malis eruere. Sed oportebat, (ut libere dicam,) si luminaria orbis postea facti sunt, non solum in carnem Christi, verum etiam in deitatem respicere. Et: oportuit eos intellexisse, ineffabili deitatis potestate, una cum eis semper futurum, etiam si carne abesset. Et: aperte significans eos deitatis ratione, non carnis praesentia posse seruari. & c. 22. Nam cum praesens esset carne Christus cum discipulis, uniuersa se facile superaturos pericula putabat. Illo absente omnia extrema passuros esse arbitrabatur. His Dominus respondit, ut ait Cyrillus, in hunc sensum. Nihil mali uobis accidere potest, si carne abfuero, cum deitatis meae potestas, quae uos hucusque seruauit, in posterum conseruatura sit.]

Deitas non humani- tas Christi, seruauit.

Hæc ille ex Cyrillo, quæ cum omnia sint orthodoxa, solent tamen Caluiniani ad errores suos usurpare. Primo ut doceat carnis Christi praesentiam nullam esse: Deinde eam nihil prodesse. Posterior quidam error à Cyrillo refutatur, non enim caro ut caro: caro ut humana caro potest quiescere, sed ut Dei caro. Atque ita quidem non omnia omni potest modo. Nam tantum ut Dei caro potest, ut organum diuinitatis. Nam qui potest facere quod Deus, & quomodo Deus, ille Deus est. Nec tamen sequitur carnem Christi, ut est Dei caro uilem nobis non esse, quia etiam tum cum secundum carnem adesset Christus, deitate suos seruabat, nec tamen carnis praesentia erat inutilis, nec inutilis est Solis praesentia, quamuis Deus incrementum det, & plantatoris ac rigatoris laborem prospero exitu prosequatur. Quandoquidem autem Bullingerus Cyrillum Alexandrinum & sanctissimum & acutissimum appellat, merito ex eo quaerimus, cur ipse non sequatur, cur nos eum sectantes con-

Caro Christi ut caro Dei praesens.

Ab sit ut dicam sacram communionem esse antitypon corporis & sanguinis, aut nudum panem, sed uere corpus & sanguinem Christi. Christus igitur in mundo est etiam secundum humanam naturam, sed doctores inuisibiliter, non humanæ conuersationis modo, & aspectui conspicuus.

QUESTIO II.

Quomodo Apostolos unum esse uelit?

§. 1. Ariani veteres & noui, uno ore contra Christi diuinitatem hæc uerba contorquent. Vni esse Apostolos uult Christus, ut ipse & pater unum sunt. Apostoli, non essentia, aut substantia, sed consensu, fidei caritate unum sunt, eodem ergo modo filius & pater unum sunt. Ad hoc Athanasius, Cyrillus, Theodoret, Euthymius, ceteri respondent.

Apostoli inter, filius & pater aliter unum sunt.

Respondeo. Christum petere, ut Apostoli sint unum, non essentia, non substantia, sed uoluntate & consensu. Argumentum ducit à simili ut unum sint, sicut pater & filius unum sunt, uoluntate, & consensu, qui necessitate unum sunt, una est enim patris & filij uoluntas, quia una essentia, nec potest esse ulla diuersitas. Hoc exemplum ponit concordiam, non æqualitatem in uitate posita, sed similitudinem. Ut cum dicit estote misericordes sicut & pater uester cælestis misericors est, non hoc imperat, ut per essentiam infinitam, immutabilem misericordes simus, & Dei infinitam, bonitatem, humana infirmitas adæquet, sed ut pro nostro modulo misericordiam Dei imitemur. Nec inepta est illa comparatio ut I. de Trinitate blasphematur Seruetus: nam inter disparata esse potest. Summum. n. atq; absolutissimum consensionis & amoris exemplar est in Deo, ubi personarum inter se amor, est una, indiuisa simplicissima essentia, & perfectio infinita, hoc utcumq; creatura rationis particeps imitetur, tantum tamen abest à perfectione, quantum creatura à factore suo.

Athanasius orat. 4. contra Arianos, hoc Argumentum dissoluit. Obijciebant illi, ἕως ἐστὶν ὁ θεός, καὶ ὁ πατήρ, καὶ ὁ υἱός, ἕως ἐστὶν ὁ πατήρ, καὶ ὁ υἱός, καὶ ὁ υἱός, καὶ ὁ πατήρ, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς ἐν αἰνῶνι γενοίμεθα. Sic est filius & pater unum, & sic pater in filio, & filius in patre, sicut, & nos esse possemus. Deinde hunc locum adducunt. Commodum autem fuerit Athanasium ipsum audire, orat. 3. Si enim, (ut sepius iam dixi) uerbum est in nobis idem, quod est in Deo, nequid uillam præterquam in modo temporis differentiam habet: h- sic sit simile uerbum Dei nobis, & eundem locum nobiscum apud patrem possideat. & c. Aequum erat, nos tales esse, qualis & ille est.

Et paulo post. Ut igitur bene & recte eo sensu hæc uerba intelligantur, ut a quoq; in uerbis Ioannis similis intellectus constitutus est: & non prout filius est in patre, ita & nos simus. Qui enim aut uide id fieri poterit, cum ipse sit uerbum & sapientia Dei, nos autem terreni: ipse natura & essentia uerbum, & uerus Deus; nos contra non natura sed adoptione & gratia filij reddimur per eum, idq; participatione ipsius Spiritus?

VERSUS 12. & 13.

Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custo diuini: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

tes condemnet: Verba sanctissimi, & acutissimi auctoris sunt, approbata etiam à Concilio. Si quis carnem Domini non confitetur esse viuificantem, & ipsius verbi, quod ex Deo patre est, propriam, sed tanquam alterius præter ipsum: &c. Ita anathematismo vndecimo, contra eos qui veritatem illam negabant. In Eucharistia esse idem corpus demonstrat. In declaratione vero proprie sanguinem & corpus esse docet. Sanctum ac viuificantem, in cruentumq; in Ecclesia celebramus sacrificium, non hominis alienius nobis simile, & communis corpus, consimiliter & preciosum sanguinem, quod proponitur credentes, sed magis tanquam proprium viuificantem verbi corpus & sanguinem accipimus. Communis enim caro viuificare non potest.

Veritas  
Eucharistia.

Et Epistola ad Calosyrium. Nec dubites an hoc verum sit, eo manifeste dicente: Hoc est corpus meum, sed potius suscipe verba saluatoris in fide. &c. Insanite igitur, dicentes mysticam benedictionem, à sanctificatione cessare, si que reliquia eius remanserint in diem sequentem. Non enim mutabitur sacrosanctum corpus Christi sed virtus benedictionis, & viuificantia gratia iugis in eo est. Et. Ne enim horreremus carnem & sanguinem apposita sacra altaribus, descendens Deus nostris fragilis arbus, insluit oblati vim vita, conuertens ea in veritatem proprie carnis, ut corpus vita, quasi quoddam semen viuificantium inueniatur in nobis. Vnde subdit: Hoc facite in meam commemorationem. Quod si vinum sanctissimum & acutissimum sequi ipse detrectat, eos saltem qui doctrinam eius amplectuntur, non contemnat.

#### VERSVS 14. & 15.

Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo.

#### QUESTIO I.

Cur non sint de mundo?

Apostoli  
non sunt  
de mundo.

§. 1. Inter cæteras causas commendationis est & illa, quod non sint de mundo, ut nec Christus de mundo, ideo mundus eos oderit, Duplex hic ratio; quod hostibus Dei sint odio, tanquam hostes; & quod secum sint quasi eiusdem patriæ, & iam in aliam ciuitatem transcripti, patriæ & populi peccantis obliui. Magna interim consolatio, in mundi odio diuinum in se amorem experiri, Deo carum esse, in cuius conspectu mundus est, quasi arena exigua. De mundo tamen nõ tollit, quia certamini permittit, sine quo coronari non possunt.

§. 2. Seruari eos à malo, est defendi & adiuuari ne vincantur à diabolo. Nam Græce est ἐκ τῆς κακότητος, ex malo, improbo, scelerato dæmone, qui noctes & dies circumit, quærens, quem deuoret. Syrus habet מן אשׁיחא men bischa, quod ut Latinum ad rem & personam refertur. Quibus ex verbis etiam Pelagiani refutantur, qui hominem suis viribus à malo liberari, & vincere malignum posse docebant.

#### VERSVS 16. 17. & 18.

De mundo non sunt: sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.

#### QUESTIO I.

Quomodo sanctificati Apostoli?

§. 1. Avidæ varie vsurpat scriptura, ut etiam Hebraei verbum קדש kadash. Duæ sunt significationes, primariæ. Nam significat separari, atque ad munus aliquod destinari. Deinde iustitia sanctitate iustificari, idque vel prima iustitia, qua pellitur peccatû, vel augmento iustitiæ, quo sancti magis ac magis sanctificantur. Vide Gen. 2. 3. Exod. 26. & 29. 11. & 13. 18. Num. 3. 18. & 8. 18. & 11. 22. 26. Certo tenendum est, vtraque sanctificatione Apostolorum præditos, iustificati erant, & accepto Spiritu, ingenti virtutum ac gratiarum incremento ornandi. Destinati erant ad conuersionem gentium, & paulo post re ipsa in opus mittendi, matura iam messe. Sunt deinde illa connexa, legitima vocatio ac missio, & sanctificatio, seu dona, quæ ad fungendum officio sunt necessaria. Caluinus etiam sanctitatem & iusticiam complectitur nomine sanctificationis, quod alij Caluini negant, iustitiam enim sola imputatione definiunt.

§. 2. In veritate sanctificati eos vult, hoc est sermone Dei, in Christo, in cælesti sapientia, fide vera, viuâ, non mera & falsa imputatione sanctitatis, & iustitiæ, ut sint quidam adulteri, homicidæ, qui à Deo pro iustis habentur. In veritate non modo vmbis, & inuolucris antiquæ legis. Hoc ergo modo omnibus numeris iustitiæ, sanctitatis, & donis sapientiæ, prophetiæ, linguarum absolutissimos legatos in mundum misit, ut nemo qui eos audisset, à Deo millos esse posset ambigere.

§. 3. Hæc sanctificatio eo tendebat, ut cetero constaret, Ecclesiam Christi ea Spiritus sancti prærogatiua fructuram, ut in dogmatibus fidei non aberraret. Ecclesia Nec modo collegium Apostolicum ea gratia claruit, suam hæc fideles etiam, qui Apostolis crediderunt, quique bei semper discipulis Apostolorum, in omnem posteritatem; nõ autem pro illis etiam Dominus orauit. Quamuis vero fideles errasse singuli poterint, in Ecclesia tamen publica perseverauit auctoritas, quæ nec falli potest, nec fallere. Ita vt non in verbo retinendo, & legendo, sed etiam exponenda eius sancta sint dictata.

§. 4. S. Athanasius dial. 3. contra Macedonianos, docet Spiritum sanctum Deum esse. Cum enim Macedonianus obijceret: Spiritus sanctus ἀγενής sanctificat ὁ ἄγενής non creat. Subijcit orthodoxus. Dei quidem opus esse creationem, sed non maius, quam sanctificationem. Nam sanctificare Dei esse opus, ex hisce probat verbis. Christum quidem Deum esse qui seipsum sanctificet, nos autem seruos, qui ab eo sanctificamur, idem docet. Nos per imitationem virtutis imbuimur, & reddimur filij. Itaq; ille filiationem in sanctificatione ponit.

#### QUESTIO II.

An sanctificatio qua est in veritate contraria sit consecrationi sacerdotum?

§. 1. M. R. Ouent questionem nonnulli sectariorum. Rudolphus Gualteri impotentiore soliditate rem vrget pag. 341. [ Docet præterea locus inquit hic, sanctificationem veram per verbum Descripti, non inanibus cærimonijs, aut superstitiosis peculiarum anilium, aut exorcismorum demurmurationibus. Quare sancta cenleri debent, non quæ sursu, a quæ lustralis aspersione, crucibus, & hystionica gesticulatone consecrata sunt, sed quæ Dei certo mandato ad bonum vsum destinata sunt? ] Hic omnes consecrationes, & benedictiones receniet.

Respon-

Consecra-  
tiones pro-  
bata.

Respondeo si quidem de caerimonijs & benedi-  
ctionibus cōtrouersia moueatur; habere nos expres-  
sum Dei verbum & factū; Omnium enim creatura per ver-  
bum Dei, & orationem sanctificatur. Quin Christus panes  
benedixit, vt suo loco ostendi. Porro sanctitas seu lo-  
corum, seu vestium, seu aliarum rerum in eo consistit,  
quod singulari modo ad cultum Dei atque vsus sa-  
cros deputentur. Alia est proferuntur ministri Dei san-  
ctitas, qui praterquam quod ad munera diuina ordi-  
nantur, interiora etiam dona à Deo recipiunt, seu gra-  
tiam sacramentorum, qua legitime officium obire  
possint. Non enim debet se alijs ducem, prestare, pōn  
ου μετὰ πάντων ἔξιν αὐτῶν γεγονότα θεοειδέα πῶν, καὶ πρὸς τῆς  
θεοῦ ἁγιότητος καὶ κληρονομίας αἰματὸς ἀναδέδεικτο, qui  
non secundum omnem sui habitum Deo similis sit effectus,  
& Dei instinctu iudicioque moderator designatus. Cuius cō-  
trariū fieri in sua Ecclesia ipse Rudolphus calūnia-  
tor fatetur. Non sine caerimonijs sufficit, crucis con-  
signatione ministros docet nos Dionysius Arcopagi-  
ta de Ecclesiastica Hierarchia. ὁ μὲν ἱερεὺς ἔχει τὴν ἱε-  
ραρχικὴν τελείωσιν προσημαίνουσα, ἀμφω τὰ πῶν κλίνης  
ἐπιπέσει τὸ θεοῦ ἁγιότητος, ἡ δὲ κεφαλὴ ἔχει τὸ θεοῦ παρθε-  
νοῦ λόγον, καὶ τὴν ἱεραρχικὴν χεῖρα. ἢ τὰ τῶν πῶν πῶν  
ταῖς παναρχαῖς ἐπιπέσει τὸ θεοῦ τελείωσιν. ὁ δὲ ἱερεὺς  
ἀμφω τὰ πῶν κλίνης ἐπιπέσει τὸ θεοῦ ἁγιότητος, ἡ δὲ  
κεφαλὴ ἔχει τὴν ἱεραρχικὴν δεξιάν. καὶ τῶν τῶν πῶν  
πρὸς τὸ τελείωσιν. αὐτὸν ἱερεὺς ταῖς ἱεροποιῖαις ἐπιπέ-  
σει ἀρχαῖς ταῖς. ὁ δὲ λειτουργὸς ἐν τῶν πῶν κλίνης ἐπι-  
πέσει τὸ θεοῦ ἁγιότητος, ἡ δὲ κεφαλὴ ἔχει τὴν τῶν πῶν  
ἀντὶ τὸν ἱερεὺς δεξιάν πῶν ἡ ἀντὶ ταῖς τῶν  
λειτουργῶν τελειοποιῖαις ἐπιπέσει. ἐκείνῳ δὲ αὐτὸν ἢ σα-  
ροειδὲς ἐσημαίνουσα πρὸς τὸ τελείωσιν. ἡ δὲ ἱεραρχία  
καὶ κατ' ἐκείνῳ ἀναρχῆς ἱερεὺς γίνεται, καὶ τελείωσιν  
ἀποστασιῶν, ἀποστασιῶν παντὸς ἱεραρχίας παρῶν τῶν  
πῶν, ἢ τὸ τελείωσιν. ἡ δὲ ἱεραρχία τὸ πρὸς τὴν ἱεραρχίαν  
ἱεραρχικῶν ταγμάτων ἡ δὲ πῶν πῶν. Pontifex quidem,  
qui ad consecrationem in pontificem adducitur, vitroque genu  
flexo ante altare, supra caput habet Euangelia à Deo tradita,  
manumq; pontificis, atque hoc modo ab eo pontifice, qui eum  
consecrat, sanctissimis precationibus appellacionibusque conse-  
cratur. Sacerdos autem flexis ante aram genibus, capiti suo  
admodum Pontificis manum dextram habet. Atq; ita pontifi-  
ce, qui eum consecrat sanctis precationibus consecratur. Mini-  
ster vero genu altero flexo ante altare, dextram manum Pon-  
tificis, qui eum consecrat, super caput habet, ab eoque consecra-  
tur his precationibus, & inuocationibus, quibus ministri conse-  
crari solent. Vnicuique vero eorum signum crucis à consecran-  
te pontifice imprimitur, & singulorum nomen & gradus de-  
claratur, perficiensque salutatio, adhibetur omnibus Ecclesia-  
stici ordinis consalutantibus ac pontifice consecratore, eum,  
qui in aliquem ordinem Ecclesiasticum eorum quos enumera-  
stimus, coopratu est.

Quo loco sunt etiam caerimonie non nominatae ab  
haeretico. Vide & S. Maximum in eum locum ἡ δὲ τῶν  
θεοῦ ἁγιότητος καὶ κληρονομίας, de altaris consecratione, καὶ τῶν  
ἱεραρχικῶν χειροτονιῶν, & Ecclesiasticῶν ὀρδάνων. Nec  
anilem precularum demumurationibus, aut Epif-  
coporum histrionica saltatione fiunt ista, sed sanctis  
orationibus, gestu graui, lectione scripturarum, hac  
omnia areopagita vocat, non preces aniles, sed πῶν  
σπουδαῖς ἐκείνῳ τῆς θεοῦ δυναμείας. Perfectionis seu conse-  
crationis effectrices imaginis diuinae potestatis. Habere eos  
ait Deum τῶν οὐρανῶν ἐνεργεῖον ἐν παντὶ καθ' ἡμετέρας. Sua-  
rum actionum in omnibus ducem. Crucis signum ferre nō  
potest nec demon nec vero Rudolphus: At vero cru-  
cis signum, seu sigillum, σφραγίδα enim vocat Dio-  
nysius mysterium continere docet, ἢ σαροειδὲς de  
σφραγίδι τὴν ἀπειρῶν ὁμῶν τῶν σαρκινῶν ὀρεξῶν ἀνεργε-  
σίαν, ἢ τὴν θεομυθεῖον ζωῆν, ἀφορῶσαν ἀκλινῶς εἰς τὴν ἀ-  
δελφικὴν ἡδὲ θεοσοφίαν ζωῆν, ἀρχὴν σαροειδῶν, ἢ θανάτου μετὰ  
θεαρχικῆς ἀναμαρτυρίας ἐπιπέσει, καὶ τῶν οὐρανῶν ζωῆν

tas, ὡς ὁμοειδὲς ἐσημαίνουσα τῆ σαροειδῶν τῆς οὐρανῶν  
ἀναμαρτυρίας ἐκείνῳ. Signum figura crucis impressum signifi-  
cat omnium simul corporearum cupiditatum cessationem, seu  
inefficaciam, diuina vita imitationem, qua constanter,  
humanam Iesu, diuinsimam vitam intueatur, qui ad cru-  
cem vsque & mortem cum impeccabilitate à diuina subsisten-  
tia procedente peruenit, & eos qui sic venit, quasi similes figura  
gerentis crucem, proprie impeccabilitatis, insignit.

Contemnunt templorum consecrationem, & ba-  
silicas haereticis exemplo maiorum Eustachius mar-  
tyrum basilicis contemptis priuarum conuentus a-  
gebat vt est in concilio Gangrensi c. 5. 6. 20. apud So-  
zom. l. 3. c. 13. Socratem l. 2. c. 25. De Eunomianis testis  
est Hieronymus contra Vigilantium, eos Basilicas A-  
postolorum & Martyrum ingredi nō solitos & Gen-  
nad. c. 73. Amb. vero l. 3. c. 85. Epistoliarum, se basilicā  
ni dedicasse. Verum haec obiter; alius est enim de his  
dicendi locus. Tantum responderi homini improbo  
oportuit, qui hac inducta sub regno Antichristi fa-  
bulatur. Ignarus se Ecclesias omnes, etiam Apostoli-  
cas hoc nomine infamare.

VERSUS 19.

Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt  
sint & ipsi sanctificati in veritate.

QUESTIO I.

Quomodo pro suis se Christus sanctificet?

S. 1. Sanctificat se Christus pro Apostolis, ac toto  
mundo, offerendo se hostiā, vt omnes qui nā  
tura erant peccatores sanctificarentur. Pro Ecclesia ita-  
que iam se à principio sanctificabat, vt Apostoli quo-  
que sanctificarentur, & alij partim ad praedicandum,  
partim ad martyrium destinati, omnes vero ad veram  
sanctitatem, quam non nisi ex Christi sanctitate ha-  
bere possunt. Vere Chryostom. τὸ ἐστὶν ἀρχαῖς ἐμαυ-  
τῶν. πρὸς Φέρον σαρκῶν, αἱ δὲ θεοῦ πῶν ἀρχαῖς λέγονται,  
καὶ κληρονομία τῶν θεῶν ἀνακεῖμενα. Quid est sanctifico  
meipsum: Offero tibi sacrificium, omnia vero sacrificia sancta  
dicuntur. Et proprie sancta, qua Deo sunt dedicata.

S. 2. Hinc constat mortem proprie sacrificium fuisse,  
cum ipse se sanctificaret offerendo, & animā suam  
poneret pro multis. Sic enim nobis sanctificationem  
parauit. Quare impium est dogma Socini par. 2. c. 2. p.  
21. Christum non alio modo nobis propitiationem  
esse, aut sanctificationem, quam olim fuit arca foederis.  
Nam illa erat etiam ἱλαστήριον, & sacrificia erant ἱ-  
λασμοὶ propitiationes, sed arca tantum idcirco, quod  
in ea se Deus propitium ac placatum ostendebat, non  
quod cedrus, vel aurum Deum placaret, in veterum  
etiam sacrificiorum oblatione nulla vis erat, vt Deum  
redderet propitium, aut sanctificationem conferret  
Quid enim carnum nidores, aut sanies & cruor ad  
diuinam misericordiam, aut munditiam animatum  
conferret? Par ratio est in Christo vt mentis experts ar-  
gumentatur Socinus. At longe diuersa erat typtorum,  
alta veritatis ratio. Illa sacrificia nihil poterant, tan-  
tum praefigurabant, vnicum quo Deus placandus er-  
rat sacrificium, quod erat in sanguine dilecti, Arca &  
sacrificia solam significationem remissionis peccato-  
rū & sanctificationis continebant, qui tamen tite, a-  
dorabant, & sacrificabant, reuera sanctificabantur,  
sed in sanguine agni olim fundendo, in morte in-  
quam mediatoris. Misericordiam autem Deus in ar-  
ca ostendit, vt in figura Christi, ad quem nos illa du-  
cebat. Occasio tam tætri erroris dedit Caluinista-  
rum opinio de sacramentis nouae legis. Nam cum vi-  
deret Socinus omnia loca scripturae, quae illis vim la-  
uandi, mūdandi, sanctificandi, tribuunt, elidunt, atq;  
ad nudā significationem referunt, Animaduertit igitur  
tauro

tanto magisterio edoctus Ostorodius & Socinus, eadem interpretatione etiam efficientiam omnem, quæ Christi sacrificio tribuitur posse eueri.

§. 3. Hinc Christum nobis sanctificationem dedisse videmus; atque inde colligimus: eum nobis esse iustitiam, ut est sanctificatio. Calvinus de sanctificatione recte, de iustitia non recte. [His verbis clarius explicat, ex quo fonte fluat illa sanctificatio, quæ per Evangelij doctrinam in nobis peragitur: Nempe quia seipse patri consecrauit: ut eius sanctitas ad nos perveniret. Sicut enim à primitiis benedictio diffunditur in totum prouentum ita nos Spiritus Dei Christi sanctitate aspergit, facitque eius participes, neque id imputatione solum (nam hac ratione dicitur nobis factus esse iustitia.) Sed dicitur etiam factus esse nobis sanctificatio, quia nos in sua persona patri quodammodo obtulit, ut Spiritu eius renouemur in veram sanctitatem.] Errat dum iustitiam sola imputatione definit, & ab ea sanctitatem diuersam facit: Christus nobis facta est iustitia, dum veram iustitiam infundit, sanctificatio dum nobis eandem iustitiam donauit, & Deo consecrauit. Hæc sanctificatio in morte Christi vim omnem exercuit, cum sese sanctificans immolaret summus Pontifex, & ut in Syro est: *ישעיהו הושיענו* sanctificans ego animam meam. Animam enim hoc est seipsum Deo obtulit, vitam, merita, omniaque quibus nos sanctificauit.

Christus nobis est iustitia ut est sanctificatio.

#### VERSVS 20. & seqq.

*Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: &c.*

#### QVÆSTIO I.

*Quid pro credentibus petat?*

§. 1. **V**T omnes sint vnum, sicut tu pater in me, & ego in te. *Ut & ipsi in vnum sint.* Deinde ut credat mundus quod tu me misisti. De primo prolixè agit Achanasius oratione contra Arianos. *Non identitatem, sed similitudinem significare.* Nam qui dicit *καὶ ὁσὶ* non *καὶ ὅμοια* sed *ὁμοία*, & paradigma dicit. *Non dicit autem ut vnum sint in se, vel ego & ipsi in te vnum, sed vocem quem admodum subinfert.* Verum de vnitatem iam ante dictum est. S. Cyprianus Epistola 73. monet non posse esse inter eos vnitatem, qui à Deo sunt separati.

Aliter nos vnum, aliter pater & filius.

§. 2. Mundum nonnulli hoc loco pro electis, alij pro reprobris accipiunt. Malo accipere vniuersè pro

hominibus, quorum aliqui non credebant, postea credituri, alij ne postea quidem erant credituri, sed credebantur tamen fateri illa esse signa, eam vitam Apostolorum, ut prudenter negari non posset Christianæ fidei veritas. Ideoque & mundus, qui conuictus, non tamen manus dat Deo, condemnabitur. Mundus etiam credens sed fidem operibus negans, in eadem est damnatione.

#### VERSVS 24.

*Pater, quos dedisti mihi, volo, ut vbi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi &c.*

#### QVÆSTIO I.

*Quod præmium credentium?*

§. 1. **B**Reui sententia, sed insigni proponit. *Ut sint vbi & ipse est,* nec modo præsentem, sed tanquam amici omnibus eius fruatur bonis. Atque hoc est, quod Philip. 3. dicit: *conuersatio nostra in cælis est, Tales, inquit Cyprianus, libro de mortalitate, nos futurus & Christus Dominus pollicetur, quando ut cum illo simus, & cum illo in æternis sedibus viuamus, atque in regnis cælestibus gaudeamus patrem pro nobis precatur dicens: Pater quos dedisti mihi, &c. Venurus ad Christi sedem, ad regnorum cælestium claritatem, lugere non debet, & plangere, sed potius secundum pollicitationem Domini secundum fidem veritatem, in prosecutione hæc sua, & translatione gaudere.*

§. 2. Verbum volo multi precantis, non absolute volentis quasi ex auctoritate existimant, atque ita accipi solent interdum verba cum magna fiducia orantium: Cerealis tamen contra Maximinum diuinam Christi auctoritatem exinde probari existimat. Magnopere obsetuandum est hoc loco præmiorum spe Christum discipulos ad virtutem excitare. Exinde clauis est, spe præmij cælestis recte agere licitum esse. Quod contra suos symmystas hunc in locum, pagina 345 etiam docet Rudolphus Gualteri. Nunc, inquit, de futuri sæculi præmij admonet, quæ in finem usque perseuerantibus præparata sunt, & eorum consideratione confirmati, aduersa omnia patienter ferant. Quia etiam Deum iustum redditurum præmia affirmat, & si non reddat fore iniustum.

Volo etiam precantibus est.

#### CAPVT XVIII.



**H**EC cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius. 2. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. 3. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & Pontificibus, & Pharisæis ministros, venit illuc lateris, & facibus, & armis. 4. Iesus itaque sciens omnia que ventura erant super eum processit, & dixit: *Quem queritis?* Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. 6. Ut ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. 7. Iterum ergo interrogauit eos: *Quem queritis?* illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. 8. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me queritis, finite hos abire. 9. Ut impletur sermo, quem dixit: *Quia quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quemquam.* 10. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit pontificis seruum: & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen serui Malchus. 11. Dixit ergo Iesus Petro: *Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum.* 22. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. 13. Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat autem socer Caipha, qui erat Pontifex anni illius. 14. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis: *Quia expedit vnum hominem morti*

Non est in cælis